

Alte Drucke

**C. IVLII || CAESARIS || COMMEN-||TARII. || Quæ in hac
habeantur editione, sequens || pagella docebit. ||**

Caesar, Gaius Iulius

Lvgdvni, 1534

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIB. SEPTIMVS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150541

C. IVLII CAESARIS

RIS COMMENTARIO
RVM DE BELLO
GALLICO LIB.
SEPTIMVS.



QVIETA Gallia, Caesar, ut constitue-
rat, in Italiam ad cōuentus agēdos pro-
ficiscitur. Ibi cognoscit de Clodij cāde,
de Senatusq; consulto certior factus, ut
oēs Italiae iuniores cōiuraret, delectū to-
ta provincia habere instituit. Eae res in Galliā transalpinā
celeriter perferuntur. Addunt ipsi et affingunt rumoribus
Galli (quod res poscere uidebatur) retineri urbano mo-
tu Caesarē, neq; in tantis dissensionibus ad exercitū ueni-
re posse. Hac impulsī occasione, qui iā ante se populi Ro-
mani Imperio subiectos dolerent, liberior, atq; audacius
de bello consilia inire incipiūt. Indictis inter se principes
Galliae concilijs, syluestribus, ac remotis locis, queruntur
de Acconis morte, hūc casum ad ipsos recidere posse de-
mōstrant. Miserantur communem Galliae fortunā, omni-
bus pollicitatinibus, ac praemijs deposcunt, qui belli initū
faciant, et sui captis periculo Galliā in libertatem uindi-
cent. Eius in primis rationem habendam esse dicunt, prius
quā eorum clandestina consilia effrāntur, ut Caesar ab
exercitu intercludatur. Id esse facile, quod neq; legiones,
absente Imperatore audeāt ex hybernīs egredi, neq; Im-
perator sine praesidio ad legiones peruenire possit. Post-
remo in acie praestare interfici, q̄ nō ueterē belli gloriā, li-
berta

Gallorū cōsilia
contra Roma-
nos.

bertatemq; quā à maioribus acceperāt, recuperare. His rebus agitatīs, profitentur Carnutes, se nullum periculum communis salutis causa recusare, principesq; se ex omnibus bellum facturos pollicentur: & quoniam in praesentia de obsidibus caucere inter se non possent, ne res efferatur, ut iureiurando, ac fide sanciantur, petunt, collatis militibus signis (quod more eorum grauiſſima caerimonia cōtinetur) ne factō initio belli à reliquis deferantur. Tunc collaudatis Carnutibus, dato iureiurādo ab omnibus, qui aderant, tempore eius rei constituto, ab concilio discedunt. Vbi ea dies uenit, Carnutes Cotuato, & Conetoduno ducibus, desperatis hominibus Genabin dato signo cōcurrunt, ciuesq; Romanos, qui negociandi causa ibi conſiterant, in ijs C. Fusium Cottam honestum equitem Romanum, qui rei frumentaria iussu Caesaris praecerat, interficiunt, bonaq; eorum diripiunt. Celeriter ad omnes Galliae ciuitates fama perferitur. Nam ubi maior, atque illustrior incidit res, clamore per agros, regionesq; significant: hanc alij deinceps excipiunt, & proximis tradunt, ut tunc accidit: nam quae Genabi oriente sole gesta essent, ante primam confectam uigiliam in sinibus Aruernorum audita sunt: quod spatium est millium passuum circiter.

Vercingetorix, ter CLX. Simili ratione ibi Vercingetorix Celtilli filius Aruernus summæ potentiae adolescens, cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat, & ob eam causam, quod regnum appetebat, ab ciuitate erat interfectus, conuocatis suis clientibus, facile eos incendit. Cognito eius cōsilio ad arma concurritur, ab Gobanitione patruo suo, reliquisq; principibus, qui hanc tentandam fortunam non existimant.

Cotuatus, &
Gonerodunus
duces Gallos.

C. Fusus Cot-
ta occiditur.

Vercingetorix,

existimabant, expellitur ex oppido Gergobia: non tamen
 desistit, atq; in agris habet delectum egentium, ac perdi-
 rum. Hac coacta manu quoscunq; adit ex ciuitate, in suā
 sententiam perducit. Hortatur, ut cōmunis libertatis cau-
 sa arma capiāt, magnisq; coactis copijs aduersarios suos,
 à quibus paulo ante erat eiectus, expellit ex ciuitate: Rex
 ab suis appellatur: dimittit quoquo uersus legationes, ob-
 testatur, ut in fide maneant: celeriter sibi Senōnes, Pari-
 sios, Pictōnes, Cadurcos, Turonos, Aulercos, Lemouia-
 ces, Andos, reliquosq; omneis, qui Oceanum attingunt,
 adiungit: omnium consensu ad eum defertur Imperium,
 qua oblata potestate omnibus his ciuitatibus obsides im-
 perat, certum numerum militum celeriter ad se adduci iu-
 bet. Armorum quantum quæq; ciuitas domi, quodq; ante
 tempus efficiat, constituit. In primis equitatus studet, sum-
 mæ diligentie summam Imperij seueritatem addit, ma-
 gniudine supplicij dubitantes cogit: nam maiore com-
 misso delicto, igni, atque omnibus tormentis necat: le-
 uiore de causa, auribus defectis, aut singulis effossis ocu-
 lis domum remittit, ut sint reliquis documento, & ma-
 gniudine pœnæ perterreant alios. His supplicijs celeri-
 ter coacto exercitu Lucerium Cadurcum summæ homi-
 nem audacie cū parte copiarum in Rutenos mittit, ipse
 in Bituriges proficiscitur: eius aduentu Bituriges ad He-
 duos, quorum erant in fide, legatos mittunt, subsidium
 rogatum, quò facilius hostium copias sustinere possent.
 Hedui de consilio legatorum, quos Cesar ad exercitum
 reliquerat, copias equitatus, peditatusq; subsidio Bituri-
 gibus mittunt, qui cum ad flumen Ligerim uenissent,
 quod

notam signum

Lucerius Ca-
 durcus.

quod Bituriges ab Heduis diuidit, paucos dies ibi morati,
neque flumen transire ausi, domum reuertuntur, legatisq;
nostris renuntiant se Biturigum perfidiam ueritos reuer-
tisse, quibus id consilij fuisse cognouerint, ut si flumen tra-
fissent, una ex parte ipsi, altera Aruerni se circumsisteret.
Id ea ne de causa, quam legatis pronuntiarunt, an perfu-
dia adducti fecerint, quod nihil nobis constat, non uidetur
Bituriges. pro certo esse ponendum, Bituriges eorum discessu statim
se cum Auernis coniungunt. His rebus in Italiam Caesar
nuntiatis, cum iam ille uirtute Cn. Pompeij urbanas res com-
modiorem in statum peruenisse intelligeret, in Transalpi-
nam Galliam profectus est: eo cum uenisset, magna diffi-
cultate afficiebatur, quae ratione ad exercitum peruenire
posset. Nam si legiones in prouinciam accerseret se ab-
sente, in itinere praelio dimicaturus intelligebat: si ipse ad
exercitum contenderet, ne ipsi quidem, qui eo tempore pa-
cati uiderentur, suam salutem recte committi uidebat. Ita-
Ruteni. terim Lucsterius Cadurcus in Rutenos missus eam ciuita-
tem Aruernis conciliat. Progressus in Nitiobriges, &
Gabalos ab utriusque obsides accipit, & magna coacta
manu in prouinciam Narbonem uersus eruptionem face-
re contendit. Quare nuntiata, Caesar omnibus consilijs
anteuertendum existimauit, ut Narbonem proficisce-
retur: eo cum uenisset, timentes confirmat, praesidia in
Rutenis, Prouincialibus, Volcis, Artomicis, Tolosatibus,
circumq; Narbonem, quae loca erant hostibus finitima,
constituit: partem copiarum ex prouincia, supplemen-
tumq; quod ex Italia adduxerat, in Heluios, qui fines
Aruernorum contingunt, conuenire iubet. His rebus com-
paratis.

paratis, represso iam Lucterio, & remoto, quod intra-
 re intra praesidia periculosum putabat, in Heluios pro-
 fectatur, & si mons Gebenna, qui Aruernos ab Heluijs
 discludit, durissimo tempore anni, altissima niue iter
 impediēbat, tamen discussa niue sex in altitudinem pe-
 dum, atque ita uijs patefactis summo militum labore ad
 fines Aruernorum peruenit, quibus oppressis inopinan-
 tibus, quod se Gebenna, ut muro munitos existimabant,
 ac ne singulari quidem homini, unquam eo tempore an-
 ni semita patuerant, equitibus imperat, ut quamlatissime
 possent, uagentur, & quammaximum hostibus terro-
 rem inferant. Celeriter haec fama, ac nuntij ad Ver-
 cingetorigem perferuntur, quem perterriti omnes Ar-
 uerni circumfistunt, atque obsecrant, ut suis fortunis cō-
 sulat, neu se ab hostibus diripi patiatur, praesertim cum
 uideat omne ad se bellum translatum: quorum ille pre-
cibus permotus, castra ex Biturigibus mouet in Aruer-
 nos uersus. At Caesar biduum in his locis moratus, quod
 haec de Vercintorige usu uentura, opinione perceperat,
 per causam supplementi, equitatusq; cogendi ab exerci-
 tu discedit, Brutum adolescentem his copijs praeficit.
 Hunc monet, ut in omneis parteis equites quanlatissi-
 me peruagentur, daturum se operam, ne longius tri-
 duo ab castris absit. His constitutis rebus omnibus, suis
 inopinantibus, quammaximis potest itineribus Vien-
 nam peruenit, ibi nactus recentem equitatum, quem mul-
 tis ante diebus eo praemisera, neque diurno, neq; noctur-
 no itinere intermisso, per fines Heduorum in Lingones
 cōtendit, ubi duae legiones hibernabāt, ut si quid etiam de
 sua

Gebenna mōs.

Caesar Aruer-
nos opprimit.

Gergobia Bo-
iorum opp.

Vellaunodunū
opp.

Genabum ca-
pitur.

sua salute ab Heduis iniretur consilij, celeritate præce-
reret. Eò cum peruenisset, ad reliquas legiones miriti,
priusq; in unum locum omnes cogit, quam de eius aduen-
tu Aruernis nuntiari posset. Hac re cognita, Vercingeto-
rix rursus in Bituriges exercitum reducit, atq; inde pro-
fectus Gergobiam Boiorum oppidum, quos ibi Helue-
tico prælio victos Cæsar collocauerat, Heduisq; attri-
buerat, oppugnare instituit. Magnam hæc res Cæsari
difficultatem ad consilium capiendum afferebat, si reliquā
partem hyemis uno in loco legiones contineret, ne stipen-
dij Heduorum expugnatis cuncta Gallia deficeret,
quòd nullū in eo amicis præsidium uideretur positum esse:
sin maturius ex hybernis educeret, ne ab re frumentaria
duris subuectionibus laboraret. Præstare uisum est tamē,
omnes difficultates perpeti, quam tanta contumelia ac-
cepta, omnium suorum uoluntates alienare. Itaque cohortatus
Heduos de supportando comæatu, præmittit ad Boios,
qui de suo aduentu doceant, hortenturq; ut in fide
maneant, atque hostium impetum magno animo sus-
stineant: duabus Agendici legionibus, atque impedimen-
tis totius exercitus relictis, ad Boios proficiscitur. Altero
die cum ad oppidum Senonum Vellaunodunum ue-
nisset, ne quem post se hostem relinqueret, quò expedi-
tore re frumentaria uteretur, oppugnare instituit. Idq;
biduo circinnallauit: tertio die missis ex oppido legatis
de deditioe arma proferri, iumenta produci, sexcentos
obsides dari iubet, ea qui conficeret C. Trebonium lega-
tum relinquit. Ipse ut quamprimum iter faceret, Genabum
Carnutum proficiscitur, qui tunc primum alla-

to munit

to nuntio de oppugnatione Vellaunoduni, cum longius
 eam rem ductum iri existimarent, praesidium Genabi tuē
 di causa, quod eō mitterent comparabant. Huc biduo
 Caesar peruēnit, & castris ante oppidum positis, diei
 tempore exclusus in posterum oppugnationem differt,
 quaeq; ad eam rem usui sint, militibus imperat, & quod
 oppidum Genabum pons fluminis Ligeris contingebat,
 ueritus ne noctu ex oppido profugerent, duas legio-
 nes in armis excubare iubet. Genabenses paulo ante me-
 diam noctem silentio ex oppido egressi flumen transire
 ceperunt: quare per exploratores munitiata, Caesar le-
 giones quas expeditas esse iusserat, portis incensis in-
 tromittit, atque oppido potitur, per paucis ex hostium
 numero desideratis, quin cuncti caperentur, quod pon-
 tis, atque itinerum angustiae multitudini fugam interclu-
 serant: oppidum diripit, atque incendit, praedam militi-
 bus donat, exercitum Ligerim traducit, atque in Bitu-
 rigum fines peruēnit. Vercingetorix ubi de Caesaris ad-
 uentu cognouit, oppugnatione desistit, atque obuiam Cæ-
 sari proficiscitur. Ille oppidum Biturigum positum in
 uia Nouiodunum oppugnare instituerat. Quo ex oppi-
 do, cum legati ad eum uenissent oratum, ut sibi ignosce-
 ret, suaeq; uitae consuleret: ut celeritate reliquas res confi-
 ceret, qua pleraque erat consecutus, arma proferri, equos
 produci, obsides dari iubet: parte iam obsidum tradita,
 cum reliqua administrarentur, centurionibus, & paucis
 militibus intromissis, qui arma, iumenta q; conquirerent,
 equitatus hostium procul uisus est, qui agmen Vercin-
 getorigis antecesserat, quem simulatq; oppidani conspe-
 xerunt,

**Prælium eque-
stre.**

Avaricum opp.

**Vercingetorigis
consilia.**

*** al's diripi.**

xerunt, atque in spem auxilij uenerunt, clamore sublato
arma capere, portas claudere, murum complere coeperunt.
Centuriones in oppido, cum ex significatione Gallorum
noui aliquid ab ijs iniri consilij intellexissent, gladijs dis-
strictis portas occupauerunt, suosq; omneis incolumes re-
ceperunt. Cæsarex castris equitatu educi iubet. præliumq;
equestre cōmittit, laborantibus iam suis, Germanos equi-
tes circiter cccc. submittit, quos ab initio secum habere
insituerat, eorum impetum Galli sustinere non potue-
runt, atq; in fugam cōiecti multis amissis, sese ad agmen
receperunt. Quibus profligatis, rursus oppidani perter-
riti, comprehensos eos quorum opera plebem concitatum
existimabant, ad Cæsarem perduxerunt, seseq; ei dedide-
runt. Quibus rebus confectis, Cæsar ad oppidum Auaric-
um, (quod erat maximum, munitissimumq; in finibus Bi-
turigum, atque agri fertilissima regione) profectus est:
quod eo oppido recepto, ciuitatem Biturigum se in pes-
statem redacturum confidebat. Vercingetorix tot contu-
muis incommotis Vellamoduni, Genabi, Nouioduni acer-
ptis, suos ad concilium conuocat, docet longe aliaratio-
ne esse bellum gerendum, atque antea sit gestum, omni-
bus modis huic rei studendum, ut pabulatione, & commoda-
tu Romani prohibeatur. Id esse facile, quod equitatu ipsi
abundent, & quod anni tempore subleuentur, pabula-
lum secari non posse, necessario dispersos hosteis ex ædifi-
cijs petere, hos omneis quotidie ab equitibus * deleri
posse. Præterea salutis causa rei familiaris commoda ne-
gligenda, nicos atque ædificia incendi oportere, hoc spe-
ctio à Boia quoquo uersus, quo pabulandi causa adire pos-
se in

se uideantur. Harum ipsis rerum copiam suppetere, quod quorum in finibus bellum geratur, eorum opibus subleuentur. Romanos aut inopiam non laturos, aut magno scilicet periculo longius à castris progressuros: neque interesse: ipsos ne interficiant, impedimentis uel exuant, quibus amissis bellum geri non possit. Præterea oppida incendi oportere, quæ non munitione, & loci natura ab omni sint periculo tuta, neu suis sint ad detractandam militiam receptacula, neu Romanis proposita ad copiam comæatus prædamque tollendam. Hæc si grauiora, aut acerba uideantur, multo illa grauius æstimari debere, liberos, coniuges in seruitutem abstrahi, ipsos interfici, quæ sint necesse accideret uictis. Omnium consensu hac sententia probata, uno die amplius xx. urbes Biturigum incenduntur. Hoc idem fit in reliquis ciuitatibus: in omnibus partibus incendia cõspiciuntur: quæ & si magno cum dolore omnes ferebant, tamen hoc sibi solatij proponebant, quod se propè explorata uictoria celeriter amissa recuperaturos confidebant. Deliberatur de Auarico in communi concilio, incendi placet, an defendi. Procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam propè totius Galliæ urbem, quæ & præsidio, & ornamento sit ciuitati, suis manibus succendere cogentur, facile se loci natura defensuros dicunt, quod propè ex omnibus partibus flumine, & palude circumdata unum habeat, & perangustum aditum. Datæ petentibus uenia, dissuadente primo Vercingetorige, post cõcedente, & precibus ipsorum, & misericordia uulgi defensores idonei oppido deliguntur. Vercingetoris minoribus Cæsare itineribus subsequitur, et locum castris deli-

Galli urbes suas
incendunt.

Anarici obse-
fio.

git, paludibus syluisq; munitum, ab Auarico longe millia passuum v. ibi per certos exploratores in singula dici tēpora, quæ ad Auaricū agerētur, cognoscebat, et quid fieri uellet, imperabat: omneis nostras pabulationes frumentationesq; obseruabat: dispersosq; , cum longius necessario procederent, adoriebatur, magnoq; incommodo afficiebat: et si quantum ratione prouideri poterat, ab nostris occurreretur, ut incertis tēporibus, diuersisq; itineribus iretur. Castris ad eā partē oppidi positis Cæsar, quæ intermissa à flumine, et palude aditum (ut supra diximus) angustum habebat, aggerem apparare, uineas agere, turris duas constituere cœpit: nam circumuallare loci natura prohibebat. De re frumentaria Bojos atq; Heduos adhortari non destitit, quorū alteri, quod nullo studio agebant, non multum adiuuabant: alteri non magnis facultatibus, quodd ciuitas erat exigua et infirma, celeriter quod habuerunt, consumpserunt. Summa difficultate rei frumentarie affecto exercitu, tenuitate Boiorum, indiligentia Heduorum, incendijs ædificiorum, usque eò, ut complureis dies milites frumento caruerint, et pecore è longinquiribus uicis adactò, extremam famem sustentarent: nulla tamen uox est ab his audita populi Romani maiestate, et superioribus uictorijs indigna: quinetiam Cæsar cum in opere singulas legiones appellaret, et si acerbius inopiam ferrent, se dimissurum oppugnationem diceret, uniuersi ab eo, ne id faceret, petebant: sic se complureis annos illo imperante meruisse, ut nullam ignominiam acciperent, nunquam infecta re discederent: hoc se ignominie laturos loco, si inceptum oppugnationem

nem

nem reliquissent, præstare, omneis perferre acerbitates,
quam non ciuibus Ro. qui Genabi perfidia Gallorum in=
terissent, parentarent. Hæc eadem centurionibus, tribu=
nisq; militum mandabant, ut per eos ad Casarem defer=
rentur. Cum iam muro appropinquassent turres, ex ca=
ptiuus Cæsar cognouit, Vercingetorigem consumpto pa=
bulo castra mouisse propius Auaricum, atque ipsum, cum
equitatu expeditisq; qui inter equites præliari consue=
sent, insidiarum causa eo profectum, quo nostros poste=
ro die pabulatum uenturos arbitrabatur: quibus rebus co=
gnitis, media nocte silentio profectus, ad hostium ca=
stra mane peruenit. Illi celeriter per exploratores aduen=
tu Cæsaris cognito, carros, impedimentaq; sua in arctio=
res syluas abdidierunt, copias omneis in loco edito, atque
aperto instruxerunt. Qua re nuntiata, Cæsar celeriter
sarcinas conferri, arma expediri iussit. Collis erat leniter
ab infimo accliuus, hunc ex omnibus serè partibus palus
difficilis, atq; impedita cingebat, non latior pedibus quin=
quaginta, hoc se colle interruptis pontibus Galli fiducia
loci continebant, generatimq; distributi in ciuitates,
omnia uada, ac saltus eius paludis certis custodijs obtine=
bāt: sic animo parati, ut si eam paludem Romani perrum=
pere conarentur, hæsitanteis premerent ex loco superio=
re, ut qui propinquitatem loci uiderent paratos propè
equo Marte ad dimicandum existimarent, qui iniquitatē
conditionis perspicerent, inani simulatione sese ostenta=
re cognoscerent. Indignantem milites Cæsar, quod con=
spectum suum hostes ferre possent tantulo spatio interic=
cto, et signum prælij exposcenteis, edocet quanto de=
l 3 trimē

Vercingetorix
proditionis, ac-
cusatur.

trimento, & quot uirorum fortium morte necesse esset con-
stare uictoriam, quos cum sic animo paratos uideret, ut
nullum pro sua laude periculum recusaret, summa se ini-
quitatis condemnari debere, nisi eorum uitam sua salute
habeat chariorem: sic milites consolatus, eodem die reducit
in castra, reliqua quae ad oppugnationem oppidi pertine-
bant, administrare instituit. Vercingetorix cum ad suos
redisset, proditionis insimulatus, quod castra propius Ro-
manos mouisset, quod cum omni equitatu discessisset, quod
sine imperio tantas copias reliquisset, quod eius discessu
Romani tanta oportunitate, & celeritate uenissent, non
haec omnia fortuitu, aut sine consilio accidere potuisse, re-
gnum illum Galliae malle Caesaris coefferu, quam ipsorum
habere beneficio. Tali modo accusatus ad haec respondit,
quod castra mouisset, factum inopia pabuli, etiam ipsis
hortantibus: quod propius Romanos accessisset, persua-
sum loci opportunitate, qui seipsum munitione defende-
ret: equitum uero operam, neque in loco palustri deside-
rari debuisse, & illic fuisse utilem, quod sint profecti: sum-
mam imperij se consulto nulli discedentem tradidisse, ne
is multitudinis studio ad dimicandum impelleretur: cui rei
propter animi mollitiam studere omnes uideret, quod dimi-
tius laborem ferre non possent. Romani si casu interuene-
rint, fortuna, si alicuius indicio uocati, huic habenda gra-
tiam, quod & paucitatem eorum ex loco superiore co-
gnosceret, & uirtutem despicere potuerint, qui dimicare
non ausi, turpiter se in castra receperint. Imperium se a
Caesare per proditionem nullum desiderare, quod habere
uictoria posset, quae iam esset, sibi, ac omnibus Gallis ex-
ploratis.

plorata. Quin etiam ipsis remitteret, si sibi magis honorem tribuere, quam ab se salutem accipere uideantur. Hæc ut intelligatis, inquit, sincere à me pronūtiari, audite Romanos milites, producit seruos, quos in pabulatione paucis ante diebus exceperat, & fame, uinculisq; excruciatu ratiij iam ante edocti, quæ interrogati pronuntiarent, milites se esse legionarios dicunt, fame & inopia adductos clam ex castris exisse, si quid frumēti, aut pecoris in agris reperire possent, simili omnem exercitum inopia premi, nec iam uires sufficere cuiusquam, nec ferre operis laborem posse. Itaque statuiffe Imperatorem, si nihil in oppugnatione oppidi profecisset, triduo exercitum deducere. Hæc inquit à me Vercigetorix beneficia habetis, quem proditoris insinulatis, cuius opera sine uestro sanguine, tantum exercitum uictorem fame penè consumptum uidetis, quem turpiter se ex fuga recipientem, ne qua ciuitas suis finibus recipiat, à me prouisum est. Conclamat omnis multitudo, & suo more armis concrepat, quod facere in eo consueuerunt, cuius orationē approbant, summum esse Vercingetorigem ducem, nec de eius fide dubitandum, nec maiori ratione bellum administrari posse. Statuunt, ut decem millia hominum delecta ex omnibus copijs in oppidum summittantur, nec solis Biturigibus communem salutem committendam censent, quod penè in eo, si oppidum retinuissent, summam uictoriæ constare intellegebant. Singulari militum nostrorum uirtuti consilia cuiusque modi Gallorum occurrebant: ut est summæ gentis solertia, atque ad omnia imitanda, atque efficienda, quæ ab quoque traduntur, aptissimum: nam & laqueis
 l a falces

Gallorum solertia.

Muri Gallici.

falces auerlebant, quas cum destinauerant, tormentis introrsus reducebant, & aggerem cuniculis subtrahabant, eò scientius, quod apud eos magnæ sunt ferrariæ, atque omne genus cuniculorum notum, atque usitatum est. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerant, atque has corijs intexerant: tum crebris diurnis, nocturnisque eruptionibus, aut aggeri ignem inferebant, aut milites occupatos in opere adoriebantur, & nostrarum turrium altitudinem, quantum has quotidianus agger expresserat, commissis suarum turrium malis adæquabant, & apertos cuniculos præusta, & præacuta materia, & pice seruescunt, & maximè ponderis saxi morabantur, moenibusque appropinquare prohibebant. Muri autem omnes Gallici hac fere forma sunt, trabes directæ perpetuæ in longitudinem paribus intervallis distantes inter se, binos pedes in solo collocantur: eæ reuinciuntur extrorsus, & multo aggere uestiuntur: ea autem, quæ diximus intervalla, grandibus in fronte saxi effarciuntur, his collocatis, & coagmentatis, alius insuper ordo adijcitur, ut idem illud intervallum seruetur, neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissæ spatijs, singulæ singulis saxi interiectis, arte contineantur: sic deinceps omne opus cõtextitur, dum iusta muri altitudo expleatur. Hoc cum in speciem, uarietatemque opus deforme non est, alternis trabibus, ac saxi, quæ rectis lineis suos ordines seruant, tum ad utilitatem & defensionem urbium summam habet oportunitatem, quod & ab incendio lapis, & ab aritate materia defendit, quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque introrsus reuincta, neque perrumpi, neque

neque

neq; distrahi potest. His tot rebus impedita oppugnatio=
 ne, milites cum toto tempore, frigore, & assiduus inbrie=
 bus tardarentur, tamen continenti labore omnia hæc
 superauerunt, & diebus xxv. aggerem latum pedes
 cccxxx. altum pedes lxxx. extruxerūt. Cum is mu=
 rum hostium penè contingeret, & Cæsar ad opus con=
 suetudine excubaret, militesq; cohortaretur, ne quod om=
 nino tempus ab opere intermitteretur, paulo ante tertiam
 uigiliam est animaduersum sumare aggerem, quem cuni=
 culo hostes succenderant. Eodemq; tempore toto muro
 clamore sublato duabus portis ab utroq; latere turrium
 eruptio fiebat. Alij fâces, atq; aridam materiem de muro
 in aggerem eminus iaciebant, picem, reliquasq; res, qui=
 bus ignis excitari potest, fundebant, ut quò primum cur=
 reretur, aut cui rei ferretur auxilium, uix ratio iniri pos=
 set: tamen quòd instituto Cæsaris duæ semper legiones
 pro castris excubabāt, duæq; partitis temporibus in ope=
 re erant, celeriter factum est, ut alij eruptionibus resiste=
 rent, alij turres reducerent, aggeremq; interscinderent.
 Omnis uero ex castris multitudo ad restringendum con=
 curreret. Cum in omnibus locis consumpta iam reliqua
 parte noctis pugnaretur, semperq; hostibus spes uictoriæ
 redintegraretur: eò magis, quòd deustos pluteos turrium
 uidebant, nec facile adire apertos ad auxiliandum ani=
 maduertebant, semperq; ipsi recentes defessis succederēt,
 omnemq; Gallie salutē in illo uestigio temporis positam
 arbitrantur, accidit inspectantibus nobis, quod dignum
 memoria uisum, prætermittendum non existimauimus.
 Quidam ante portam oppidi Gallus per manus seui, ac

pice traditas glebas in ignem è regione turris projiciebat, scorpione ab latere dextro traiectus, exanimatusq; concidit: hunc ex proximis unus iacentem transgressus, eodem illo munere fungebatur, eadem ratione ictu scorpionis exanimato altero, successit tertius, & tertio quartus, nec ille prius est à propugnatoribus uacuis relictus locus, quam restincto aggere, atq; omni parte summotis hostibus finis est pugnandi factus. Omnia experti Galli, quod res nulla successerat, postero die consiliū cœperunt ex oppido profugere, hortante, & iubente Vercingetorige, id silentio noctis conati, non magna iactura suorum sese effecturos sperabāt, propterea quòd neque longe ab oppido castra Vercingetorigis aberant, & palus, quæ perpetua intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat: iamq; hoc facere noctu apparabant, cum matres familias repente in publicum procurrerunt, flentesq; proiecitæ ad pedes suorum omnibus precibus petierunt, ne se & communeis liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam natura, & uirium infirmitas impediret: ubi eos perstare in sententia uiderunt, quòd plerunq; in summo periculo timor misericordiam non recipit, cœclamare & significare de fuga Romanis cœperunt, quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorū uia præoccuparentur, consilio destiterunt. Postero die Cæsar promotæ turri, perfectisq; operibus, quæ facere instituerat, magno coorto imbri, non inutilem hanc ad capiendum consiliū tempestatem arbitratus est, quòd paulò incautius custodias in muro dispositas uidebat, suosq; languidiùs in opere uersari iussit, & quid fieri uellet,

uellet,

uelleret, ostendit, legiones intra uineas in occulto expedi-
tas cohortatus, ut aliquando pro tantis laboribus fructum
uictoriae perciperent: ijs, qui primi murum ascendissent,
praemia proposuit, militibusq; signum dedit. Illi subito
ex omnibus partibus euolauerunt, murumq; celeriter cō-
plerunt, hostes re noua perterriti, muro turribusq; deie-
cti in foro, ac locis patentioribus cuneatim constiterunt,
hoc animo, ut si qua ex parte obuiam contraueniretur,
acie instructa depugnarent, ubi neminem in equum lo-
cum sese dimittere, sed toto undique muro circumfundi
uiderunt, ueriti ne omnino spes fugae tolleretur, abiectis
armis, ultimas oppidi partis continenti impetu petue-
runt, parsq; ibi, cum angusto exitu portarum seipsi pre-
merent, à militibus, pars iam egressa portis ab equitibus
est interfecta, nec fuit quisquam, qui praedae studeret: sic
et Genabensi caede, et labore operis incitati, non aetate
confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt:
deniq; ex omni eo numero, qui fuit circiter quadraginta
millium, uix octingenti, qui primo clamore audito, se ex
oppido eiecerunt, incolumes ad Vercingetorigem perue-
nerunt: quos ille multa iam nocte silentio ex fuga excepit,
ueritus ne qua in castris ex eorum concursu, et misericor-
dia uulgi seditio oriretur, ut procul in uia dispositis fami-
liaribus suis, principibusq; ciuitatū disparados, deducen-
dosq; ad suos curaret, quae cuiq; ciuitati pars castrorū ab
initio obuenerat. Postero die cōcilio cōuocato, cōsolatus,
cohortatusq; est, ne se admodū animo demitterēt, ne per-
turbarentur incōmodo: nō uirtute, neq; acie uicisse Roma-
nos, sed artificio quodā, et scientia oppugnationis, cuius
rei

Auari oppu-
gnatio.

Vercingetorigis
oratio.

rei fuerint ipsi imperiti: errare si qui in bello omnes secundos rerum euentus expectent: sibi nunquam placuisse Auaricum defendi, cuius rei testes ipsos haberet, sed factum imprudentia Biturigum, & nimia obsequentia reliquorum, uti hoc incommodum acciperetur, id tamen se celeriter maioribus commodis sanaturum. Nam, quæ ab reliquis Gallis ciuitates dissentirent, has sua diligentia adiuncturum, atque unum consilium totius Galliae effecturum, cuius consensu, ne orbis quidem terrarum possit obistere. Idque se propè iam effectum habere: interea equum esse ab ijs communis salutis causa impetrari, ut castra munire instituerent, quò facilius hostium repentinos impetus sustinere possent. Fuit hæc oratio non ingrata Gallis, maxime, quòd ipse animo non defecerat tanto accepto incommodo, neque se in occultum abdiderat, & conspectum multitudinis fugerat, plusque animo providere, & præsentire existimabatur, quòd re integra, primo incendendum Auaricum, post deferendum censuerat. Itaque ut reliquorum imperatorum res aduersæ autoritatem minuunt, sic huius ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur: simul in spem ueniebant eius affirmatione de reliquis adiungendis ciuitatibus, primumque eo tempore Galli castra munire instituerunt, & sic sunt animo consternati, homines insueti laboris, ut omnia quæ imperarentur, sibi patienda & perferenda existimarent: nec minus, quàm est pollicitus Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas ciuitates adiungeret, atque earum principes donis, pollicitationibusque alliciebat. Huic rei idoneos homines deligebat, quorum quisque aut

oratione

oratione subdola, aut amicitia facillime capi posset. Qui
 Auarico expugnato refugerant, armandos, uestiendosq;
 curat: simul ut deminutæ copię redintegrarentur, im-
 perat: certum numerum militum ciuitatibus, quem &
 quam ante diem in castra adduci uelit, sagittariosq; om-
 nis, quorum erat permagnus numerus in Gallia conqui-
 ri, & ad se mitti iubet. His rebus celeriter id, quod Aua-
 rici deperierat, expletur. Interim Teutomatus Ollouico-
 nis filius Rex Nitiobrigum, cuius pater ab Senatu no-
 stro amicus erat appellatus, cum magno equitum suo-
 rum numero, & quos ex Aquitania conduxerat, ad eum
 peruenit. Cæsar Auarici complureis dies commoratus,
 summamque ibi copiam frumenti, & reliqui commea-
 tus nactus, exercitum ex labore, atque inopia refecit.
 Iam propè hyeme confecta, cum ipso anni tempore ad
 gerendum bellum uocaretur, & ad hostem proficisci
 constitisset, siue eum ex paludibus, syluisq; elicere, siue
 obsidione premere posset, legati ad eum principes He-
 duorum ueniunt oratum, ut maxime necessario tempore
 ciuitati subueniat, summo esse in periculo rem, quod cum
 singuli magistratus antiquitus creari, atque regiam po-
 testatem annum obtinere consueissent, duo magistratum
 gerant, & se uterq; eorum legibus creatum esse dicat,
 horum esse alterum Conuictolitanem florentem, & illu-
 stem adolescentem, alterum Cotum antiquissima fami-
 lia natum, atque ipsum hominem summæ potentie, &
 magnæ cognationis, cuius frater Vedeliacus proximo
 anno eundem magistratum gesserit, ciuitatem omnem
 esse in armis, diuisum Senatum, diuisum populum, suas
 cuiusq;

Teutomatus.

Heduarum ad
Cæsarē legati.

cuiusq; eorum clientelas : quod si diutius alatur controuersia, fore uti pars cū ciuitatis parte confligat: id ne accidat, positum in eius diligentia, atque autoritate. Caesar et si à bello, atq; hoste discedere detrimento sum esse existimabat, tamen non ignorans quanta ex dissentionibus incommoda oriri consueissent, ne tanta, et tam cōiuncta populo Romano ciuitas, quam ipse semper aluisset, omnibusq; rebus ornasset, ad uim, atq; ad arma descenderet, atq; ea pars, quæ minus sibi confideret, auxilia à Vergagetorige accerseret, huic rei præuertendum existimauit, et quod legibus Heduarum, ijs, qui summum magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret, ne quid de iure, aut legibus eorum diminuisse uideretur, ipse in Heduos proficisci statuit. Senatumq; omnem, et quos inter controuersia esset, etiam ad se euocauit. Cum prope omnis ciuitas eò conuenisset, docereturq;, paucis clam uocatis, alio loco, alio tempore, atq; oportuerit, fratrem à fratre enuntiatum, cum leges duos ex una familia, uiro utroq;, non solum magistratus creari uetarent, sed etiam in Senatu esse prohiberēt, Cotum magistratum deponere coëgit, Conuictolitaneum, qui per Sacerdotes more ciuitatis, intermissis magistratibus, esset creatus, potestatem obtinere iussit. Hoc decreto interposito cohortatus Heduos, ut controuersiarum, ac dissensionum obliuiscerentur, atq; omnibus omisissis, his rebus, huic bello seruirent, eaq;, quæ meruissent præmia, ab se deuicta Gallia expectarent: equitatumq; omnem, et peditum millia decem sibi celeriter mitterent, quæ in præsidij rei frumentaria causa disponderet. Exercitum in duas partes diuisit, quatuor

legiones

legiones in Senōnes, Parisiosq; Labieno dūcēdas dedit,
 VI. ipse in Aruernos, ad oppidum Gergouiam secundum
 flumen Elauer duxit, equitatus partem illi attribuit, par- Elauer fl.
 tem sibi reliquit. Quare cognita, Vercingetorix omni-
 bus interruptis eius fluminis pontibus, ab altera Elaueris
 parte iter facere cœpit, cum uterq; utriq; esset exercitui
 in conspectu, fereq; è regione castris castra poneret, di-
 spositis exploratoribus, necubi effecto ponte Romani co-
 pias traderent, erat in magnis Caesaris difficultatibus
 res, ne maiorem æstatis partē flumine impediretur, quod
 non ferè ante autūnum Elauer uado transiri soleat, itaq;
 ne id accideret, sylvestri loco castris positus, è regione
 unius eorum pontium, quos Vercingetorix rescindēdos
 curauerat, postridie cū duabus legionibus in occulto re-
 stitit, reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut con-
 suuerat misit, demptis quartis quibusq; cohortibus, uti
 numerus legionū constare uideretur, ijs quam longissime
 possent progredi iussis, cū iam ex diei tempore coniectu-
 ram caperet, in castra peruentū, ijsdem sublicis, quarum
 pars inferior integra remanebat, pontem reficere cœpit,
 celeriter effecto opere, legionibusq; traductis, & loco ca-
 stris idoneo delecto reliquas copias reuocauit. Vercinge-
 torix re cognita, ne contra suam uoluntatem dimicare co-
 geretur, magnis itineribus anteceffit. Caesar ex eo loco
 quintis castris Gergouia peruenit, equestriq; prælio eo
 die leui factō, perspecto urbis situ, quæ posita in altissimo
 monte omnes aditus difficiles habebat, de expugnatione
 desperauit: de obsessione nō prius agendū cōstituit, quā
 rem frumētaria expedisset. At Vercingetorix castris pro
 oppido

Gergouia perue-
 nit Caesar.

oppido in mōte positis mediocribus circum se internallis
 separatim singularum ciuitatum copias collocauerat, atq;
 omnibus eius iugi collibus occupatis, qua despici pote-
 rat, horribilem speciem praebebat, principesq; earum ciui-
 tatum, quos sibi ad consiliū capiendum delegerat, prima
 luce ad se quotidie conuenire iubebat, seu quid communi-
 candum, seu quid administrandum uideretur, neq; ullum
 ferē diem intermittebat, quin equestri praelio interiectis
 sagittarijs, quid in quoq; esset animi, ac uirtutis suorum
 periclitaretur. Erat ē regione oppidi collis sub ipsis radice-
 bus montis egregie munitus, atq; ex omni parte circum-
 cisus, quem si tenerent nostri, & aquae magna parte, &
 pabulatione libera prohibitori hostes uidebantur. Sed is
 locus praesidio ab ijs non nimis firmo tenebatur, tamē
 silentio noctis Caesar ex castris egressus, prius quā sub-
 sidium ex oppido uenire posset, deiecto praesidio potitus
 loco, duas ibi legiones collocauit, fossamq; duplicē duce-
 denum pedum a maioribus castris ad minora perduxit,
 ut tutō ab repentino hostium incurſu etiam singuli com-
 meare possent. Dum haec ad Gergouian geruntur Con-
 uictolanis Hedui, cui magistratum adiudicatum a Caesa-
 re demonstrauimus, sollicitatus ab Aruernis pecunia, cum
 quibusdam adolescentibus colloquitur, quorum erat prin-
 cept Litauicus, atq; eius fratres, amplissima familia nati
 adolescentes. Cum ijs primum communicat, hortaturq;
 eos, ut se liberos, & imperio natos meminerint, unā esse
 Heduium ciuitatem, quae certissimam Galliae uictoriam
 distineat, eius autoritate reliquas contineri, qua tradita
 sit, locum consistendi Romanis in Gallia non fore: esse
 nonnulli

Cōuictolanis
 ab Aruernis pe-
 cunia sollicita-
 tur.

Litauicus,

nonnullo se Caesaris beneficio affectum, sic tamen ut iustissimam apud eum causam obtinuerit, sed plus communi libertati tribuere: cur enim potius Hedui de suo iure, et de legibus ad Caesarem disceptaturi, quam Romani ad Heduos ueniant? Celeriter adolescentibus, et oratione magistratus, et premio deductis, cum se uel principes eius consilij fore profiterentur, ratio perficiendi quarebatur, quod ciuitatem temere ad suscipiendum bellum, adduci posse non confidebant: placuit, ut Litauicus decem illis millibus, quæ Caesari ad bellum mitterentur, præficeretur, atque ea ducenda curaret, fratresque eius ad Caesarem præcurrerent: reliqua, qua ratione agi placeat, constituunt. Litauicus accepto exercitu, cum millia passuum circiter xxx. ab Gergouia abesset, conuocatis subito militibus, lacrymas, Quo proficiscimur, inquit, milites? omnis noster equitatus, nobilitas omnis interijt, principes ciuitatis Eporedorix, et Viridomarus insimulati prodicionis ab Romanis indicta causa interfecti sunt. Hæc ab his cognoscite, qui ex ipsa cæde sugerunt: nam ego fratribus, atque omnibus propinquis meis interfectis, dolore prohibeor, quæ gesta sunt pronuntiare. Producentur ij, quos ille edocuerat, quæ dici uellet, atque eadem, quæ Litauicus pronuntiauerat, multitudini exponunt, omnes equites Heduorum interfectos, quod colloqui cum Aruernis dicerentur, ipsos se inter multitudinem militum occultasse, atque ex media cæde profugisse. Conclamant Hedui, et Litauicum obsecrant, ut sibi consulat. Quasi uero, inquit ille, consilij sit res, ac non necesse sit nobis Gergouiã contendere, et cum Aruernis nosmet coniungere? An dubitamus

ne quin

Hedui à Cæsare deficient.

quin nefario facinore admissio, Romani iam ad nos interficiendos concurrant? proinde siquid in nobis animi est, persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt, atque hos latrones interficiamus. Ostendit ciues Romanos, qui eius praesidii fiducia una erant, continuo magni numerum frumenti, commeatusque diripit: ipsos crudeliter excruciatos interficit: nuntios tota ciuitate Hedunorum dimittit, in eodem mendacio de caede equitum, et principium permanet, hortatur ut simili ratione, atque ipse fecerit, suas iniurias persequantur. Eporedorix Hedunorum summo loco natus adolescens, et summae domi potentia, et una Viridomarus pari aetate, et gratia, sed genere dispari, quem Caesar ab Diuitiaco traditum, ex humili loco ad summam dignitatem perduxerat, in equitum numero conuenerant, nominatim ab eo euocati, ijs erat inter se de principatu contentio, et in illa magistratum controuersia, alter pro Conuictolitanae, alter pro Coto summis opibus pugnauerat. Ex ijs Eporedorix cognito Litauici consilio, media fere nocte rem ad Caesarem desert: orat, ne patiatu ciuitatem prauis adolescentium consilij ab amicitia populi Romani deficere, quod futurum prouideat, si se tot hominum nullia cum hostibus coniunxerint, quorum salutem, neque propinqui negligere, neque ciuitas leui momento aestimare posset. Magna affectus solitudine hoc nuntio Caesar, quod semper Hedunorum ciuitati praecipue indulserat, nulla interposita dubitatione legiones expeditas quatuor, equitatumque omnem ex castris educit, nec fuit spatium tali tempore ad contrahenda castra, quod res in celeritate posita esse uidebatur.

Eporedorix.

Viridomarus.

debatur. C. Fabium legatum cum legionibus duabus castris praesidio relinquit, fratres Litauici cum comprehendi iussisset, paulo ante reperit ad hostes profugisse. Adhortatus milites, ne necessario tempore itineris labore permo-
 ueantur, cupidissimis omnibus, progressus millia passuum xxxv. agmen Heduium conspicatus, immisso equitatu, iter eorum moratur, atque impedit, interdicatq; omnibus, ne quenquam interficiant. Eporedorigem, & Viridomarum, quos illi interfectos existimabant, inter equites uersari, suosq; appellare iubet. His cognitis, & Litauici fraude perspecta, Hedui manus tendere, & deditio-
 nem significare, & proiectis armis mortem deprecari incipiunt. Litauicus cum suis clientibus, quibus nefas, more Gallorum est, etiam in extrema fortuna deserere patro-
 nos, Gergouiam profugit. Caesar nuntiis ad ciuitatem Heduium missis, qui suo beneficio conseruatos docerent, quos iure belli interficere potuisset, tribusq; horis noctis exercitui ad quietem datis, castra ad Gergouiam mouit. Medio fere itinere equites a Fabio missi, quanto res in periculo fuerit, exponunt, summis copiis castra oppugnata demonstrant, cum crebro integri defessis succederent, nostrosq; assiduo labore defatigarent, quibus propter magnitudinem castrorum perpetuo esset ysdem uallo permanendum, multitudine sagittarum, atq; omnis generis telorum multos uulneratos, ad haec sustinenda magno usui fuisse tormenta. Fabium discessu eorum, duabus relictis portis, obstruere ceteras, pluteosq; uallo addere, & se in posterum diem, similem ad casum parare. His rebus cognitis Caesar summo studio militum ante ortum solis
 m 2 in castra

Heduium de-
 dition.

Litauici fuga.

Hedui in Romanos grassantur.

Temeritas Gallorum.

in castra peruenit. Dum hæc ad Gergoniam geruntur, Hedui primis nuntijs à Lituico acceptis, nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt: impellit alios auaritia, alios iracundia, & temeritas, quæ maxime illi hominum generi est innata, ut leuem auditionem habeant pro re comperta, bona ciuium Romanorum diripiunt, cædes faciunt, in seruitutem abstrahunt. Adiuuat rem proclinatam Conuictolitanis, plebemq; ad furorem impellit, ut facinore admissio, ad sanitatem reuerti pudeat. M. Aristium tri. militum iter ad legionem facientem, fide dati ex oppido Cauillono educunt: idem facere cogunt eos, qui negociandi causa ibi constiterant: hos continuo itinere adorti omnibus impedimentis exuunt, repugnantes diem noctemq; obsident: multis utrinq; interfecit, maiorem multitudinem ad arma concitant. Interim nuntio allato, omneis eorum milites in potestate Cesaris teneri: concurrunt ad Aristium, nihil publico factum consilio demonstrant, quæstionē de bonis direptis decernunt. Lituici, fratrumq; bona publicant, legatos ad Cesarem sui purgandi gratia mittunt, hæc faciunt recuperandorum suorum causa. Sed contaminati facinore, & capiti compendio ex direptis bonis, quod ea res ad multos pertinebat, & timore pœnæ exterriti, consilia clam de bello inire incipiunt, ciuitatesq; reliquas legationibus sollicitant, quæ tametsi Cesar intelligebat, tamen quam mitissime potest, legatos appellat, nihil se propter inscientiam, leuitatemq; uulgi grauius de ciuitate iudicare, neq; de suis in Heduos beneuolentia diminueret: ipse maiorem Gallie motum expectans, ne ab omnibus ciuitatibus circumstiteretur,

retur,

retur: consilia inibat, quemadmodum à Gergouia discederet, ac rursus omnem exercitum contraheret, ne profectio nata à timore defectionis, similis fugæ uideretur. Hæc cogitanti accidere uisa est facultas, bene rei gerendæ: nam cum minora in castra operis perspicendi causa uenisset, animaduertit collem, qui ab hostibus tenebatur, nudatum hominibus, qui superioribus diebus uix præ multitudine cerni poterat, admiratus quærit ex perfugis causam, quorum magnus ad eum quotidie numerus confluxerat. Constabat inter omnes, quod iam ipse Cæsar per exploratores cognouerat, dorsum esse eius iugi propè æquum, sed syluestrem, & angustum, qua esset aditus ad alteram partem oppidi, uehementer huic illos loco timere, nec iam aliter sentire, uno colle ab Romanis occupato, si alterum amisissent, quin penè circumuallati, atque omni exitu, & pabulatione interclusi uiderentur, ad hunc muniendum locum, omneis à Vercingetorige euocatos. Hac re cognita Cæsar mittit complures equitum turmas eò de media nocte: ijs imperat, ut paulo tumultuosius omnibus in locis peruagarentur, prima luce magnum numerum impedimentorum ex castris detrabi, mulionesq; cum cassidibus equitum specie, ac simulatione collibus circumuehi iubet. His paucos addit equites, qui latius ostentationis causa uagarètur, longo circuitu easdem omnes iubet petere regiones. Hæc procul ex oppido uidebantur, ut erat à Gergouia despectus in castra, neque tanto spatio, certi quid esset, explorari poterat. Legionem unam eodem iugo mittit, & paulum progressionem inferiore loco constituit, syluisque occultat, augetur

Gallis suspitio, atque omnes illò munitionum copiae traducuntur. Vacua castra hostium Caesar conspicatus, telis insignibus suorum, occultatisq; signis militaribus, ratos milites, ne ex oppido animaduertentur, ex maioribus castris in minora traducit, legatisq; quos singulis legionibus praefecerat, quid fieri uellet, ostendit: in primis monet, ut contineant milites, ne studio pugnandi, aut spe praedae longius progrediantur: quid iniquitas loci habeat incommodi proponit, hoc una celeritate posse uitari, occasionis esse rem, non praelij. His rebus expositis, signum dat, & ab dextera parte alio ascensu eodem tempore Heduos mittit. Oppidi murus ab planitie, atque initio ascensus, recta regione, (si nullus anfractus intercederet) M. C. C. passus aberat. Quicquid huic circuitus ad molliendum cliuum accesserat, id spatium itineris augebat: à medio ferè colle in longitudine, ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis sex pedum murum, qui nostrorum impetum tardaret, produxerant Galli, atq; inferiore omni spatio uacuo relicto, superiorem partem collis usq; ad murum oppidi densissimis castris compleuerant. Milites signo dato celeriter ad munitionem perueniunt, eamq; transgressi, trinis castris potiuntur. Ac tanta fuit in capiendis castris celeritas, ut Theutomatus Rex Nitiobrigum subito in tabernaculo oppressus, ut meridiè conqueuerat, superiore corporis parte nudata, uulnerato equo, uix se ex manibus praedantium militum eriperet. Consecutus id, quod animo proposuerat Caesar receptui cani iussit, legionisq; decimae, qua cum erat concionatus, signa constitere. At reliquarum milites legionum non

exaudito

exaudito tubæ sono, quod satis magna uallis intercede-
 bat, tamen à tribunis militum, legatisq; ut erat à Cesare
 præceptum, retinebantur. Sed elati spe celeris uictoriae,
 & hostium fuga, superiorumq; temporū secundis præ-
 lijs, nihil adeo arduum sibi existimabant, quod non uir-
 tute consequi possent: neq; prius finem sequēdi fecerunt,
 quam muro oppidi, portisq; appropinquarent. Tum ue-
 ro ex omnibus urbis partibus orto clamore, qui longius
 aberant repentino tumultu perterriti, cum hostes intra
 portas esse existimarēt, sese ex oppido eiecerunt, ma-
 tresfamilias de muro uestem, argentumq; iactabant, &
 pectore nudo prominentes passis manibus obtestaban-
 tur Romanos, ut sibi parcerent, neu sicut Auarici fecis-
 sent, ne mulieribus quidem, atq; infantibus abstinerent:
 nonnullæ de muris per manus demissæ, sese militibus tra-
 debant. L. Fabius Centurio legionis octauæ, quem inter
 suos eo die dixisse constabat, excitari se Auaricensibus
 præmijs, neq; commissurum, ut prius quisquam murum
 ascenderet, treis suos nactus manipulares, atque ab his
 subleuatus murum ascendit: eos ipse rursus singulos ex-
 ceptans, in murum extulit. Interim ij, qui ad alteram par-
 tem oppidi, ut supra demonstrauius, munitionis causa
 conuenerant, primo exaudito clamore, inde etiam crebris
 nuntijs incitati, oppidum ab Romanis teneri, præmissis
 equitibus magno concursu eò contenderunt, eorum ut
 quisq; primus uenerat, sub muro consistebat, suorumq;
 pugnantium numerum augebat: quorū cum magna mul-
 tudo conuenisset, matresfamilias, quæ paulo ante Ro-
 manis de muro manus tendebant, suos obtestari, & more

Gergonij oppi-
 gnatio.

L. Fabij uirtus.

Gallico passum capillum ostentare, liberosq; in conspectum proferre cœperunt. Erat Romanis nec loco, nec numero æqua contentio, simul & cursu & spatio pugnae defatigati, non facile recentes, atq; integros sustinebant. Cæsar cum iniquo loco pugnari, hostiumq; augeri copias uideret, præmetuens suis ad T. Sextium legatum, quem minoribus castris præsidio reliquerat, mittit, ut cohortes ex castris celeriter educeret, & sub infimo colle ab dextro latere hostium constitueret, ut si nostros depulsos loco uidisset, quo minus libere hostes insequerentur, terreret, ipse paulum ex eo loco cum legione progressus, ubi constiterat, euentum pugnae expectabat: cum acerrime cominus pugnaretur, hostes loco & numero, nostri uirtute confiderent, subito sunt Hedui uisi, ab latere nostris aperto, quos Cæsar ab dextera parte alio ascensu manus distinendæ causa miserat, ij similitudine armorum uehementer nostros perterruerunt, ac tumescentibus dextris humeris exertis animaduertebantur, quod insigni pacatis esse consueuerat, tamen ad ipsum sui fallendi causa milites ab hostibus factum existimabant. Eodem tempore L. Fabius centurio, quiq; unâ murum ascendebant circumuenti, atq; interfecti de muro præcipitantur. M. Petreius eiusdem legionis centurio, cum portas excindere conatus esset, à multitudine oppressus, ac sibi desperans, multis iam uulneribus acceptis, manipularibus suis, qui illum secuti erant. Quoniam, inquit, me unâ uobiscum seruare non possum, uestre quidem certe salutis prospiciam, quos cupiditate gloriæ adductus, in periculum deduxi, uos data facultate uobis consulite, simul irarupit

L. Fabij mors.

rupit in medios hosteis, duobusq; interfectis, reliquos à porta paulum submouit, conantibus auxiliari suis, frustra inquit meæ uitæ subuenire conamini, quem iam sanguis, uresq; deficiūt, proinde hinc abite, dū est facultas, uosq; ad legionem recipite. Ita pugnans post paulum concidit, ac suis saluti fuit. Noſtri, cū undiq; premerentur, XLVI. centurionibus amiſſis, deiecti ſunt loco. Sed intolerantius Gallos inſequentes legio decima tardauit, quæ pro ſubſidio paulo aequiore loco conſtit erat. Hanc rursus tertie decine legionis cohortes exceperunt, quæ ex caſtris minoribus eductæ, cum T. Sextio legato cœperant locum ſuperiorem. Legionem ubi primum planiciem attigerūt, inſeſtis contra hoſteis ſignis conſtiterunt. Vercingetorix ab radicibus collis ſuos intra munitiones reduxit: eo die milites ſunt paulo minus ſeptingenti deſiderati. Poſtero die Cæſar concione aduocata, temeritatem, cupiditatemq; militum reprehendit, quod ſibi iudicauiſſent, quod proſcedendum, aut quid agendum uideretur, neque ſigno recipiendi dato, conſtituiſſent, neque à tribunis militum, legatiſq; retineri potuiſſent, expoſuit quid iniquitas loci poſſet, quid ipſe ad Auaricum ſenſiſſet, cum ſine duce, & ſine equitatu deprehendiſſet hoſtibus exploratam uitæ gloriam diſmiſſet, ne paruum modo detrimentum in contentione propter iniquitatem loci acciperet: quanto pere eorum animi magnitudinem admiraretur, quos non caſtrorum munitinnes, non altitudo montis, non murus oppidi tardare potuiſſet, tantopere licentiam, arrogantiamq; reprehendere, quod plus ſe, quàm Imperatorem de uictoria, atque exitu rerum ſentire exiſtimarent:

Cæſaris oratio
ad milites.

m 3 nec

nec minus se in milite modestiam, & continentiam, quam uirtutem, atq; animi magnitudinem desiderare. Hac habita concione, & ad extremū oratione cōfirmatis militibus ne ob hanc causam animo permouerentur: neu quod iniquitas loci attulisset, id uirtuti hostium tribuerent: eadem de profectioe cogitans, quæ ante senserat: legiones ex castris eduxit, aciemq; idoneo loco constituit. Cum. Veretorix nihilominus in æquum locū descenderet, leui facto equestri prælio, atq; eo secundo, in castra exercitum reduxit. Cum hoc idem postero die fecisset, satis ad Galliam ostentationem minuendam, militumq; animos confirmandos factum existimans, in Heduos castra mouit, ne tum quidem insecutis hostibus, tertio die ad flumen Elauer pontem refecit, atq; exercitum traducit, ibi à Viridomaro, atq; Eporodorige Heduis appellatus, discit cum omni equitatu Litauicum ad sollicitandos Heduos profectum, opus esse, & ipsos præcedere ad confirmandā ciuitatem. Et si multis iam rebus perfidiam Heduorum Caesar perspectam habebat, atq; horū discessu admaturari defectionem ciuitatis existimabat, tamen retinendos eos non censuit, ne aut inferre iniuriam uideretur, aut dare timoris aliquam suspicionem. Discedentibus his breuiter sua in Heduos merita exposuit, quos & quā humiles acceperat, compulso in oppida, multatos agris, omnibus ereptis socijs, imposito stipendio, obsidibus summa cum contumelia extortis, & quā in fortunam, quāq; in amplitudinem deduxisset, ut non solum in pristinum statum redisset, sed omnium temporum dignitatem, & gratiam antecessisse uiderentur. His datis mandatis eos ab se dimisit.

Heduorum perfidia.

sit. Nouiodunum erat oppidum Heduarum ad ripas Li-
 geris opportuno loco positū: huc Cæsar omneis obsides
 Gallie, frumentum, pecuniam publicam, suorum atq; ex-
 ercitus impedimentorū magnam partem contulerat: huc
 magnum numerum equorum huius belli causa in Italia,
 atque Hispania cōemptorum miserat. Eò cum Eporedorix,
 Viridomarusq; uenissent, & de statu ciuitatis cognouissent,
 Litauicū Bibracte ab Heduis receptum, quod est
 oppidum apud eos maximæ autoritatis, Conuictolitanem
 magistratum, magnamq; partem Senatus ad eum conuenisse,
 legatos ad Vercingetorigem de pace & amicitia
 concilianda publice missos: non prætermittendum tantum
 commodum existimauerunt. Itaq; interfectis Nouioduni
 custodibus, quiq; eò negociandi, aut itineris causa conue-
 nerant, pecuniam, atque equos inter se partiti sunt, obsi-
 des ciuitatum Bibracte ad magistratum deducendos cura-
 uerunt: oppidum, quod ab se teneri non posse iudicabāt,
 ne cui esset usui Romanis, incenderūt: frumenti quod subi-
 to potuerunt, nauibus auexerunt, reliquum flumine, atq;
 incendio corruperunt, ipsi ex finitimis regionibus copias
 cogere, præsidia, custodiasq; ad ripas Ligeris disponere,
 equitatumq; omnibus locis iniiciendi timoris causa osten-
 tare coeperunt, ut ab re frumentaria Romanos excludere,
 aut adductos inopia ex provincia expellere possent,
 quam ad spem multum eos adiunabat, quòd Liger ex ni-
 uibus creuerat, & omnino uado transiri non posse uide-
 retur. Quibus rebus cognitis Cæsar maturandum sibi cē-
 suit, si esset in perficiendis pontibus periclitandum, ut
 prius, quàm essent maiores eò copie coactæ, dimicaret.

Nam

Bibracte opp.

opp. cibin.

Nam ut commutato consilio iter in prouinciam conuerteret, id ne tum quidem necessario faciendum existimabat, cum in famia, atq; indignitas rei, & oppositus mons Gebenna, uiarumq; difficultas impendebat: tum maxime, quod adiungi Labieno, atque his legionibus, quas uind miserat uehementer cupiebat. Itaque admodum magnis diurnis, atque nocturnis itineribus confectis, contra omnium opinionem ad Ligerim peruenit, uadoq; per equites inuento, pro rei necessitate opportuno, ut brachia modo, atq; humeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse possent, disposito equitatu, qui uim fluminis refringeret, atque hostibus primo aspectu perturbatis, incolu mem exercitum traduxit, frumentumq; in agris, & copiam pecoris nactus, repleto his rebus exercitu, iter in Senones facere instituit. Dum haec apud Caesarem geruntur, Labienus eo supplemento, quod nuper ex Italia uenerat, relicto Agendici, ut esset impedimentis praesidio,

Lutetia opp. cum quatuor legionibus Lutetiam proficiscitur. Id est oppidum parisiarum, positum in insula fluminis Sequanae, cuius aduentu ab hostibus cognito, magnae ex finitimis ciuitatibus copiae conuenerunt. Summa imperij traditum Camulogeno Aulercis, qui propè confectus aetate, tamen propter singularem scientiam rei militaris, ad eum est honorem euocatus. Is cum animaduertisset perpetuam esse paludem, quae influeret in Sequanam, atque illud omnem locum magnopere impediret, hic confedit, nostrosq; transitu prohibere instituit. Labienus primo uineas agere, cratibus, atque aggere paludem explere, atque iter munire conabatur, postquam id difficilius con-

fieri

feri animaduertit, silentio è castris tertia uigilia egressus eodem, quo uenerat itinere, Melodunum peruenit. Id est Melodunum. oppidum Senonum in Insula Sequana positum, ut paulo ante Lutetiam diximus, deprehensis nauibus circiter L. celeriterq; coniunctis, atque eò militibus impositis, & rei nouitate perterritis oppidanis, quorum magna pars erat ad bellum euocata, sine contentione oppido politur. Refecto ponte, quem superioribus diebus hostes resciderant, exercitum traducit, & secundo flumine ad Lutetiam iter facere cœpit. Hostes re cognita ab ijs, qui à Meloduno profugerant, Lutetiam incendi, pontesq; eius oppidi rescindi iubent: ipsi profecti palude in ripis Sequanae è regione Lutetiae contra Labieni castra confidunt. Iam Caesar à Gergouia discessisse audiebatur, iam de Heduarum defectione, & secundo Galliae motu rumores afferebantur, Galli; in colloquijs interclusum itinere, & Ligere Caesarem inopia frumenti coactum in prouinciam contendisse confirmabant. Bellouacorum rebellio. uaci autem defectione Heduarum cognita, qui ante erant per se infideles, manus cogere, atque aperte bellum parare cœperunt. Tum Labienus tanta rerum commutatione, longe aliud sibi capiendum consilium, atque antea fenserat, intelligebat. Neque iam ut aliquid acquireret, praelioq; hosteis lacefferet, sed incolumem exercitum Agendicum reduceret, cogitabat. Nanque altera ex parte Bellouaci, quæ ciuitas in Gallia maximam habet opinionem uirtutis, instabant: alteram Camulogenus parato, atque instructo exercitu tenebat: tum legiones à præsidio, atque impedimentis interclusas maximum flumen distine

distinebat. Tantis subito difficultatibus obiectis, ab ami-
 ni uirtute auxilium petendum uidebat, Itaque sub uespe-
 rum concilio conuocato, cohortatus, ut ea, quæ imparata
 set, diligenter, industrieq; administrarent, naues, quas
 à Meloduno deduxerat, singulas equitibus Romanis
 attribuit, & prima confecta uigilia, quatuor millia pes-
 suum secundo flumine progredi silentio, ibiq; si expecta-
 ri iubet. Quinque cohortes, quas minime firmas ad di-
 micandum esse existimabat, castris praesidio relinquit:
 quinque eiusdem legionis reliquas, de media nocte cum
 omnibus impedimentis aduerso flumine magno tumultu
 proficisci imperat. Conquirat etiam lintres, has ma-
 gno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mi-
 tit: ipse post paulò, silentio egressus cum tribus legioni-
 bus cum locum petit, quo naueis appellii iusserat, Eò cum
 esset uentum, exploratores hostium, ut omni fluminis
 parte erant dispositi, inopinantes, quod magna subito
 erat coorta tempestas, ab nostris opprimuntur, exerci-
 tu, equitatusq; equitibus Romanis administratibus, quos
 ei negotio praefecerat, celeriter transmittitur. Vno fere
 tempore sub lucem hostibus nuntiatur in castris Roma-
 norum praeter consuetudinem tumultuari, & magnum
 ire agmen aduerso flumine, sonitumq; remorum in ead-
 dem parte exaudiri, & paulo infra milites nanibus trans-
 portari. Quibus rebus auditis, quod existimabant tri-
 bus locis transire legiones, atque omneis perturbatos
 defectione Heduarum, fugam parare, suas quoque copias
 in treis partes distribuerunt. Nam & praesidio è re-
 gione castrorum relicto, & parua manu* Metiosedum
 uersis

*.ls, Ioseddū.

uerfus

uersus missa, quæ tantum progredere-
 tur, quantum naues processissent, reli-
 quas copias contra Labienū duxerunt.
 Prima luce & nostri omnes erāt trans-
 portati, & hostiū acies cernebatur. Labienus milites
 cohortatus, ut suæ pri-
 stinæ uirtutis, & tot secūdisimorū præliorū
 memoriam tenerent, atq; ipsum Cæsarem,
 cuius ductu sæpenumero hosteis
 superassent, adesse existimaret, dat
 signum prælii. Primo cōcursu ab
 dextero cornu ubi septima legio cō-
 stiterat, hostes pelluntur, atq; in fugam
 conijciuntur: ab sinistro, quem locū
 duodecima legio tenebat, cum primi
 ordines hostium transfixi pilis concidissent,
 tamē acerrime reliqui resistebant,
 nec dabat suspensionem fugæ quisquam,
 ipse dux hostium Camulogenus
 suis aderat, atque eos cohortabatur.
 Ac incerto etiā nunc exitu uictoriæ,
 cū septimæ legionis tribunis esset
 nūtiatum, quæ in sinistro cornu
 gererentur, post tergum hostium
 legionē ostenderunt, signaq; intulerunt.
 Ne eo quidem tempore quisquā
 loco cessit, sed circumuenti omnes,
 interfectiq; sunt: eandem fortunā
 tulit Camulogenus. At ij, qui
 præsidio cōtra castra Labieni
 erant relictī, cū prælium cōmissum
 audissent, subsidio suis ierunt,
 collemq; cœperunt, neq; nostro-
 rum militum, uictorumq; impetum
 sustinere potuerunt: sic cum suis
 fugientibus permixti, quos non
 syluæ, montesq; texerunt, ab
 equitatu sunt interfecti. Hoc
 negotio confecto, Labienus reuertitur
 Agendicum, ubi impedi-
 menta totius exercitus relictā
 erat, inde cum omnibus copijs
 ad Cæsare peruenit. Defectione
 Hedduorum cognita, bellū
 augetur. Legationes in omneis
 parteis circummittuntur: quātū
 gratia, autoritate, pecunia
 ualēt, ad sollicitandas
 ciui

Labieni cū Gal-
 lis prælium.

Gallorū fuga.

Defectio He-
 duorum.

ciuitates nituntur: nacti obsides, quos Caesar apud eos deposuerat, horum supplicio dubitanteis territat. Petunt à Vercingetorige Hedui, ut ad se ueniat, rationesque belli generandi communicet: re impetrata, contendunt, ut ipsis summi imperij tradatur: & re in controuersiam deducta, totius Galliae conciliū Bibracte indicitur: eodem conueniunt undique frequentes multitudines: suffragijs res permittitur, ad unum omnes Vercingetorigem probant imperatorem. Ab hoc concilio Rhemi, Lingones, Treueri abserunt. Illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur: Treueri, quod aberant longius, & ab Germanis premebatur: quae fuit causa, quare toto abessent bello, et neutris auxilia mitterent. Magno dolore Hedui ferunt se deiectos principatu: queruntur fortunae commutationem, & Caesaris indolentiam in se requirunt: neque tamen suscepto bello, suū consilium ab reliquis separare audent. Inuiti summe spei adolescentes Eporedorix, & Viridomarus Vercingetorigi parent. Ille imperat reliquis ciuitatibus obsides. Denique ei rei constituit diem: huc omnes equites quindecim millia numero celeriter conuenire iubet. Peditatu, quem ante habuerit, se fore contentum dicit, neque fortunam tentaturum, aut acie dimicaturum. Sed quoniam abundet equitatu, persfacile esse factu frumentationibus pabulationibusque Romanos prohibere, a quo modo animo sui ipsi frumenta corrumpant, aedificiaque incendiant, quae rei familiaris iactura, perpetuum imperium, libertatemque se consequi uideant. His constitutis rebus, Heduis Segusiensibusque, qui sunt finitimi ei prouinciae, decem millia peditum imperat. Huc addit equites octingentos, ijs praeficit

Equitum Gal-
lorum numerus.

Segusiiani.

cit fratrem Eporedorigis, bellumq; inferre Allobrogibus iubet: Altera ex parte Gabalos, proximosq; pagos Aruernorum in Heluios: item Rutenos, Cadurcosq; ad fines Volgarum, Arenicorumq; depopulandos mittit. Hic nihilo minus clandestinis nuntijs legationibusq; Allobroges sollicitat, quorum mentes nondum à superiore bello resedisse sperabat: horum principibus pecunias, ciuitati autem imperium totius prouinciæ pollicetur. Ad hos omnes casus prouisa erant præsidia cohortium duarum et uiginti, quæ ex ipsa coacta prouincia ab L. Cæsare legato ad omnes parteis opponebantur. Heluij sua sponte cum finitimis prælio congressi pelluntur, et C. Valerio Donotauro Caburi filio principe ciuitatis, compluribusq; alijs interfectis, intra oppida murosq; commellantur. Allobroges crebris ad Rhodanum dispositis præsidijs, magna cum cura et diligentia suos fines tuentur. Cæsar, quod hostes equitatu superiores esse intellegebat, et interclusis omnibus itineribus, nulla re ex prouincia, atque Italia subleuari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas ciuitates, quas superioribus annis pacauerat, equitesq; ab his accersit, et leuis armaturæ pedites, qui inter eos præliari consueuerant, eorum aduentu, quod minus idoneis equis utebantur, à tribunis militum reliquisq; equitibus Romanis, atque euocatis equos sumit, Germanisq; distribuit. Interea dum hæc geruntur, hostium copię ex Aruernis, equitesq; qui toti Gallie erant imperati, conueniunt: magno horum coacto numero, cum Cæsar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret, quò facilius

n
subsi

Equites Germani.

subsidium provinciae ferri posset, circiter millia passuum decem ab Romanis trinis castris Vercingetorix confedit, conuocatisq; ad concilium praefectis equitū, uenisse tempus uictoriae demonstrat, fugere in provinciam Romanos, Galliaq; excedere. Id sibi ad presentem obtinendam libertatem satis esse: ad reliqui temporis pacem, atq; omnium parum profici, maioribus enim coactis copijs reuersuros, neque finem belli facturos, proinde agmine impeditos adorianitur, si pedites suis auxilium ferant, atque in eo morentur, iter facere non posse. Si id, quod magis futurum confidebat, relictis impedimentis, suae salutis consulant, & usum rerum necessariarum, & dignitate spoliatum iri. Nam de equitibus hostium, quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat, ne ipsos quidem debere dubitare, id quo maiore faciant animo, copias se omnes pro castris habiturum, & terrori hostibus futurum. Conclamant equites sanctissimo iureiurando confirmari oportere, ne tecto recipiatur, ne ad liberos, ne ad parentes, ne ad uxorem aditum habeat, qui non his per hostium agmen perequisset: probata re, atque omnibus ad iusiurandum adactis, postero die in treis partes distributo equitatu, duae se acies à duobus lateribus ostendunt, una a primo agmine iter impedire coepit. Quare nuntiata, Caesar suum quoque equitatum tripartito diuisum, ire contra hostem iubet. Pugnatur una omnibus in partibus, consistit agmen, impedimenta inter legiones recipiuntur: si qua in parte nostri laborare, aut grauius premi uidebantur, eo signa inferri Caesar aciemq; conuerti iubebat: quae res & hostes ad insequendum tur-

dabatur.

Pugna.

dabat, & nostros spe auxilij confirmabat, tandem Germani ab dextro latere summum iugum nacti hostes loco depellunt, fugentis usque ad flumen, ubi Vercingetorix cum pedestribus copijs confederat, persequuntur, cōpluresq; interficiunt. Qua re animaduersa, reliqui ne circūuenirentur ueriti, se fugæ mandant: omnibus locis fit cædes. Tres nobilissimi Hedui capti ad Cæsarem perducuntur. Coterus præfectus equitum, qui controuersiam cū Conuictolitane proximis comitijs habuerat, & Cauarillus, qui post defectionem Lituici pedestribus copijs præfuerat, & Eporedorix, quo Duce ante aduentum Cæsaris Hedui cum Sequanis bello contenderant. Fugato omni equitatu, Vercingetorix copias suas, ut pro castris collocauerat, reduxit, potiusq; Alexiam, quod est oppidum Mā-
Alexia oppi
dubiorum iter facere coepit, celeriterq; impedimenta ex castris educi, & se subsequi iussit. Cæsar impedimentis in proximum collem deductis, duabusq; legionibus præsidio relictis, secutus quantum diei tempus est passum, circiter tribus millibus hostium ex nouissimo agmine interfectis, altero die ad Alexiam castra fecit. Perspecto urbis situ, perterritisq; hostibus, quod equitatu, qua maxima parte exercitus confidebant, erant pulsī, adhortatus ad laborem milites, Alexiam circumuallare instituit. Ipsum erat oppidum in colle summo admodum edito loco, ut nisi obsidione expugnari non posse uideretur: cuius collis radices, duo duabus ex partibus flumina subleuant: ante id oppidum planities circiter millia passuum tria in longitudinē patebat, reliquis ex omnibus partibus colles, mediocri interiecto spatīo pari altitudinis fastigio
11 2 oppi

oppidum cingebant: sub muro quæ pars collis ad orientem spectabat, hunc omnem locum copię Gallorum compleuerant, fossamq; & maceriam sex in altitudinem pedum producerant. Eius munitionis, quæ ab Romanis instituebatur, circuitus x l. M. passuum tenebat. Castra opportunis locis erant posita, ibiq; castella uigintitria facta, in quibus castellis interdum stationes disponebantur, ne qua subito irruptio fieret: hæc eadem noctu excubitoribus, ac firmis præsidij tenebantur. Opere instituto fit equestre prælium in ea planicie, quam intermissam collibus trium millium passuum in longitudinem patere supra demonstrauimus: summa ui ab utrisque contenditur: laborantibus nostris, Cæsar Germanos summittit, legionesq; pro castris constituit, ne qua subito irruptio ab hostium pedatu fiat: præsidio legionum addito, nostris animus augeatur, hostes in fugam coniecti, seipsi multitudine impediunt, atque angustioribus portis relictis coarctantur: Germani acrius usque ad munitiones sequuntur: fit magna cædes, nonnulli relictis equis fossam transire, & maceriam transcendere conantur. Paulum legiones Cæsar, quas pro nullo constituerat, promoueri iubet, non minus qui intra munitiones erant Galli perturbantur, ueniri ad se confestim existimantes, ad arma conclamant: nonnulli perterriti in oppidum irrumpunt. Vercingetorix iubet portas claudi, ne castra nudentur: multis interfectis, compluribus equis captis, Germani sese recipiunt. Vercingetorix priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, consilium capit omnem à se equitatum noctu dimittere: discedentibus mandat, ut suam quisque eorum ciuitatem adeat,

adeat, omneisq; qui per atatem arma ferre possint, ad bellum cogant: sua in illos merita proponit, obtestaturq; ut suae salutis rationem habeant: ne se de communi libertate optime meritum in cruciatum hostibus dedant: qui si indiligentiores fuerint, millia hominum octoginta delecta secum interitura demonstrat: ratione inita, frumentum se exigue dierum triginta habere, sed paulo etiam longius tolerare posse parcendo. His datis mandatis, quae erat nostrum opus intermissum, secunda uigilia silentio equitatu dimittit, frumentum omne ad se referri iubet: capitis pecuniam ijs, qui non paruerint, constituit. Pecus, cuius magna erat ab Manduuijs compulsa copia, uiritim distribuit: frumentum parce, et paulatim metiri instituit: copias omnes quas pro oppido collocauerat, in oppidum recipit: his rationibus auxilia Galliae expectare, et bellum administrare parat. Quibus rebus cognitis ex perfugis, et captiuis, Caesar haec genera munitionis instituit. Fossam ped. uiginti latam directis lateribus duxit, ut eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant: reliquas omneis munitiones ab ea fossa pedibus cccc. reduxit. Id hoc consilio, quoniam tantum esset necessario spatium complexus, ne facile totum opus, militum corona cingeretur, ne de improviso, aut noctu ad munitiones hostium multitudo aduolaret, aut interdum tela in nostros operi destinatos conijcere possent: hoc intermissum spatio, duas fossas quindecim pedes latas eadem altitudine perduxit, quarum anteriorem campestribus, ac de missis locis aqua ex flumine deriuata compleuit: post eas aggerem, et uallum duodecim pedum extruxit, huic lo-

Munitiones
Caesaris.

ricam, pinnasq; adiecit grandibus ceruis, eminentibusq;
ad commissuras pluteorum, atque aggeris, qui ascensum
hostium tardarent, & turres toto opere circumdedit: quæ
pedes lxxx. inter se distarent. Erat eo tempore, & ma-
teriari, & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse,
diminutis nostris copijs, quæ longius ab castris progre-
diebantur, & nonnunquam opera nostra Galli tentare,
atque eruptionem ex oppido pluribus portis facere, sum-
ma vi conabantur. Quare ad hæc rursus opera addendum
Cæsar putauit, quo minore numero militum munitiones
defendi possent. Itaque truncis arborum, haud admodum
firmis ramis abscis, atque horum delibratis, atque præ-
cutis cacuminibus, perpetuæ fossæ, quinos pedes altæ du-
cebantur, huc illi stipites demissi, & ab infimo reuincti,
ne reuelli possent, ab ramis eminebant, quini erant ordi-
nes coniuncti inter se, atque implicati, quo qui intraue-
rant, se ipsi acutissimis uallis inducunt, hos Cippos apa-
pellabant: ante hos obliquis ordinibus in quinque pedum dis-
positis scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur,
pausatim angustiore ad summum fastigio: Huc teretes sti-
pites feminis crassitudine ab summa præacuti, & præ-
usti dimittebantur, ita ut non amplius quatuor digitis
ex terra emerent. Simul confirmandi, & stabilimenti
causa, singuli ab infimo solo pedes tres terra occultaban-
tur, reliqua pars scrobis ad occultandas insidias uimini-
bus, ac uirgultis integebatur: huius generis octoni ordi-
nes ducti ternos inter se pedes distabant: id ex similitu-
tudine floris lilium appellabant. Ante hæc talæ pedem
longæ ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur,
medio

Libum,

medio

mediocribusq; intermissis spatijs, omnibus locis differe-
bantur, quos Stimulos nominabant. His rebus perfectis re ^{Stimuli}
giones secutus, quàm potuit æquisimas, pro loci natura
quatuordecim millia passuum complexus, pares eiusdem
generis munitiones, diuersas ab his, contra exteriorem
hostem perfecit, ut ne magna quidem multitudine, si ita
accidat, eius discessu munitionum præsidia circumfundi
possent, neu cum periculo ex castris egredi cogeren-
tur, dierum triginta pabulum, frumentūq; habere omneis
conuectum iubet. Dum hæc ad Alexiam geruntur, Gal-
li concilio Principum indicto, non omneis, qui arma fer-
re possent, ut censuit Vercingetorix, conuocandos sta-
tuunt, sed certum numerum, cuique ciuitati imperādum,
ne tanta multitudine confusa, nec moderari, nec discer-
nere suos, nec frumenti rationem habere possent. Impe-
rant Heduis, atque eorum clientibus, Segusianis, Ambrua ^{Conspiratorum}
retis, Aulercis, Brannouicibus, Brannouijs millia trigin- ^{in Ro. numerus}
taquinque: parem numerum Aruernis, adiunctis Helcu-
tetis, Cadurcis, Gaballis, Vellauijs, qui sub Imperio Ar-
uernorum esse consueuerunt, Senonibus, Sequanis, Bitu-
rigibus, Xanthonibus, Rutenis, Carnutibus uigintiduo
millia: Bellouacis decem: totidem Lemouicicus: octona Pi-
ctonibus: Turonibus, & Parisijs, & Heluctijs, bis sena
millia: Ambianis, Mediomatricis, Petrocorijs, Neruijs,
Morinis, Nitiobrogibus quina millia: Aulercis Cenoma-
nis totidem: Atrebatibus quatuor millia: Bellocassis, Lexo-
uijs, Aulercis, Eburonibus tera: Rauracis, & Boijs tri-
ginta: Vniuersis ciuitatibus, quæ Oceanum attingunt,
quæq; eorū consuetudine Armoricæ appellātur, quo sunt

in numero, Curiosolites, Redones, Ambibarij, Cadetes, Ofissimi, Lemonices, Vnelli, Sena. Ex his Bellouaci suum numerum non contulerunt, quod se suo nomine, atq; arbitrio cum Romanis bellum gesturos dicerent, neque cuiusquam Imperio obtemperaturos: rogati tamen a Commio pro eius hospitio duo millia miserunt. Huius opera Commij, ita ut antea demonstrauimus, fideli atq; utili superioribus annis erat usus in Brittania Caesar, pro quibus meritis ciuitatem eius immunem esse iusserat, iura, legesq; reddiderat, atq; ipsi Morinos attribuerat: tanta tamen uniuersae Galliae consensio fuit libertatis uindicandae, et pristinae belli laudis recuperandae, ut neque beneficijs, neque amicitiae memoria moueretur, omnesq; et animo et opibus in id bellum incumberent, coactis equitum VIII. milibus, et peditum circiter CCXL. Haec in Heduarum finibus recensebantur, numerusq; inibatur, praefecti constituebantur. Commio Atrebat, Viridomaro, et Eporedorigi Heduis, Vergasillauno Aruerno consobrino Vercingetorigis summa imperij traditur: ijs delicti ex ciuitatibus attribuuntur, quorum consilio bellum administraretur: omnes alacres, et fiduciae pleni ad Alexiam profiscuntur, nec erat omnium quisquam, qui aspectum modo tantae multitudinis sustineri posse arbitraretur, praesertim ancipiti praelio cum ex oppido eruptione pugnaretur, et foris tantae copiae equitatus, peditatusq; cernerentur. At ij, qui Alexiae obsidebantur praeterit die, quae suorum auxilia expectauerant, consumpto omni frumento, inscij quid in Heduis gereretur, concilio coacto de exitu fortunarum suarum consultabant, ac uarijs

rijs dictis sententijs, quarum pars deditionem, pars, dum vires suppeterent, eruptionem censebant. Non præter-
eunda videtur oratio Critognati propter eius singula-
rem, ac nefariam crudelitatem. Hic summo in Aruernis
natus loco, & magnæ habitus autoritatis, Nihil inquit de
eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam seruitutem
deditionis nomine appellant, neq; hos habendos ciuium
loco, neq; ad concilium adhibendos censeo: cum ijs mihi
res sit, qui eruptionem probant, quorum in consilio om-
nium uestrum consensu pristinae residere uirtutis memo-
ria uidetur: tamen est ista mollicies non uirtus, inopiam
paullisper ferre non posse: qui se ultro morti offerant, fa-
cilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant.
Atq; ego hanc sententiam probarem, (nam apud me mul-
tum dignitas potest) si nullam præterquam uitæ nostræ
iacturam fieri uiderem. Sed in consilio capiendo omnem
Galliam respiciamus, quam ad nostrum auxilium concita-
uimus. Quid hominū millibus octoginta uno loco interfe-
ctis, propinquis, consanguineisq; nostris animi fore existi-
matis, si penè in ipsis cadaueribus prælio decertare co-
gentur? Nolite hos uestro auxilio spoliare, qui uestre sa-
lutis causa suum periculum neglexerint, nec stultitia, ac
temeritate uestra, aut imbecillitate animi omnem Galliam
prostrernere, ac perpetuæ seruituti addicere. An quod ad
diem non uenerint, de eorum fide, constantiaq; dubita-
tis? Quid ergo Romanos in illis ulterioribus munitioni-
bus, animi ne causa quotidie exerceri putatis? si illorum
nuntijs confirmari non potestis, omni aditu præsepto, ijs
utimini testibus appropinquare eorū aduentum, cuius rei

Critognati A-
uerni oratio.

timore exterriti, diē, noctemq; in opere uersantur. Quid ergo? Mei consilij est facere, quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum, Teutonumq; fecerunt, qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui etate inutiles ad bellum uidebantur, uitam tolerauerunt, neque se hostibus tradiderunt: cuius rei exemplum si non haberemus, tamen libertatis causa institui, et posteris prodi pulcherrimum iudicarem. Nam quid illi simile bello fuit? depopulata Gallia, magnaq; illata calamitate Cymbri finibus nostris aliquando excesserunt, atq; alias terras petierunt: iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani uero quid petunt aliud, aut quid uolunt, nisi inuidia adducti, quos fama nobiles, potentesq; bello cognouerunt, horum in agris, ciuitatibusq; confidere, atq; his eternam iniungere seruitutem? neque enim unquam alia conditione bella gesserunt. Quod si ea, quae in longinquis nationibus geruntur ignoratis, respicite finitimam Galliam, quae in prouinciam redacta, iure et legibus commutatis, securibus subiecta, perpetua premitur seruitute. Sententijs dictis constituunt, ut qui ualetudine, aut etate inutiles sunt bello, oppido excedant, atque omnia prius experiantur, quam ad Cretognati sententiam descendant. Illo tamen potius utendum consilio, si res cogat, atque auxilia morentur, quam deditiois, aut pacis subeundam conditionem. Mandabij, qui eos oppido receperant, cum liberis, atque uxoribus exire coguntur, ij cum ad munitiones Romanorum accessissent, flentes omnibus precibus orabant, ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent. Hos Caesar dispositis in uallo

in uallo custodijs recipi prohibebat. Interea Commius,
 & reliqui duces, quibus summa imperij permissa erat,
 cum omnibus copijs ad Alexiam perueniunt, & colle
 exteriore occupato non longius quingentis passibus à
 nostris munitionibus confidunt. Postero die equitatu ex
 castris educto, omnem eam planiciem, quam in longitudi-
 nem tria millia passuum patere demonstrauius, com-
 plent, pedestresq; copias paulum ab eo loco abditas in
 locis superioribus cōstituunt, erat ex oppido Alexia de-
 spectus in campum: concurritur, his auxilijs uisis fit gra-
 tulatio inter eos, atque omnium animi ad letitiam exci-
 tantur, itaq; productis copijs ante oppidum confidunt,
 & proximam fossam cratibus integunt, atq; aggere ex-
 plent, seq; ad eruptionem, atq; omnes casus comparant.
 Caesar omni exercitu ad utranq; partem munitionum di-
 sposto, ut si usus ueniat, suum quisq; locum teneat, &
 nouerit, equitatum ex castris educi, & praelium committi
 iubet. Erat ex omnibus castris, quæ summum undiq; iu-
 gum tenebant despectus, atq; omnium militum intenti
 animi pugnae euentum expectabant. Galli inter equites,
 raros sagittarios, expeditosq; leuis armaturæ interiece-
 rant, qui suis cedentibus auxilio succurrerent, & nostro-
 rum equitum impetum sustinerent: ab his complures, de
 improviso uulnerati praelio excedebāt. Cum suos pugna
 superiores esse Galli confiderent, & nostros premu mul-
 titudine uiderēt, ex omnibus partibus, & ij, qui munitioni-
 bus cōtinebantur, & ij, qui ad auxiliū conuenerāt cla-
 more, & ululatu suorum animos confirmabant, quod in
 conspectu omnium res gerebatur, neq; recte, aut turpiter
 factum

Praelium

factum celari poterat, utrosq; & laudis cupiditas, & timor ignominie ad uirtutē excitabat. Cum à meridie propè ad solis occasum dubia uictoria pugnaretur, Germani una in parte confertis turmis in hosteis impetum fecerunt, eosq; propulerunt, quibus in fugam coniectis sagittarij circumuienti, interfectiq; sunt. Item ex reliquis partibus nostri cadentes usq; ad castra insecuti, sui colligendi facultatem non dederunt. At ij, qui ab Alexia processerant, mœsti propè uictoria desperata se in oppidum receperunt. Vno die intermisso, Galli, atque hoc spatio, magno cratium, scalarum, harpagonum numero effecto, media nocte silentio ex castris egressi ad campestres munitiones accedunt. Subito clamore sublato, qua significatione, qui in oppido obsidebantur, de suo aduentu cognoscere possent, crates proijcere, fundis, sagittis, lapidibus nostros de uallo deturbare, reliquaq; quæ ad oppugnationem pertinent, administrare: eodem tempore clamore exaudito, dat tuba signum suis Vercingetorix, atq; ex oppido educit. Nostri, ut superioribus diebus, suus cuiq; erat locus attributus, ad munitiones accedunt, fundis libralibus, sudibusq; quas in opere disposuerant, ac gladiis Gallos perterrent: prospectu tenebris adempto multa utrinq; uulnera accipiuntur, complura tormentis tela conijciuntur. At M. Antonius, & C. Trebonius legati, quibus eæ partes ad defendendum obuenerant, quæ ex parte premi nostros intellexerant, ijs auxilio ex ulterioribus castellis deductos summittébāt. Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant, posteaquā propius succefferūt, aut seipsi stimulis inopi

Galli Castra
Cæsaris oppu-
gnant.

lis inopi

lis inopinantes induebant, aut in scrobes delapsi trans-
 fodiebantur, aut ex uallo, & turribus traiectione pilis mu-
 nitionibus interibant: multis undiq; uulneribus acceptis,
 nulla munitione perrupta, cum lux appareret, ueriti ne
 ab latere aperto ex superioribus castris eruptione circum-
 uenirentur, se ad suos receperunt: at interiores dum ea,
 quæ à Vercingetorige, ad eruptionem præparata erant
 proferunt, priores fossas explent, diutius in his rebus ad-
 ministrandis morati, prius suos discessisse cognouerunt,
 quam munitionibus appropinquarent, ita re infecta in
 oppidum reuerterunt. Bis magno cum detrimento repulsi
 Galli, quid agant, consulunt, locorum peritos adhibent,
 ab his superiorum castrorum situs, munitionesq; cogno-
 scunt. Erat à septentrionibus collis, quæ quia propter ma-
 gnitudinem circuitus, opere circumplecti non potuerant
 nostri, necessario penè iniquo loco, & leniter decliui ca-
 strascerunt. Hæc C. Antistius Reginus, & L. Caninius
 Regulus legati cum duabus legionibus obtinebant, cogni-
 tis per exploratores regionibus, duces hostium sexaginta
 millia ex omni numero deligunt earum ciuitatum, quæ ma-
 ximam uirtutis opinionem habebant, quid quoque pacto
 agi placeat, occulte inter se constituunt, adeundi tempus
 definiunt, cum meridies esse uideatur: ijs copijs Verga-
 fillanum Aruernum unum ex quatuor ducibus propin-
 quum Vercingetorigis præficiunt. Ille ex castris prima
 uigilia egressus, propè confecto sub lucem itinere, post
 montem se occultauit, militesq; ex nocturno labore sese
 reficere iussit, cum iam meridies appropinquare uideret-
 ur, ad ea castra, quæ supra demonstrauimus, contendit,
 eodemq;

Vergasilla-
 nus.

eodemq; tēpore equitatus ad campeſtres munitiones accedere, & reliquæ copiæ ſeſe pro caſtris oſtendere cœperunt. Vercingetorix ex arce Alexiæ ſuos conſpicatus, ex oppido egreditur, à caſtris longurios, muſculos, falces, reliquaq; quæ eruptionis cauſa parauerat, profert: pugnatur uno tempore omnibus locis, atq; omnia tentantur: quæ minime uiſa pars firma eſſe, huc concurrit: Romanorum manus, tantis munitionibus diſtinetur, nec facile pluribus locis occurrit: multum ad terrendos noſtros ualuit clamor, qui poſt tergum pugnantibus extitit, quod ſuum periculū in aliena uident uirtute conſiſtere. Omnia enim plerumq; quæ abſunt, uehementius hominum mentes perturbant. Cæſar idoneum locum nactus, quid quaq; in parte geratur cognoscit, laborantibus ſummittit, utriq; ad omnia occurrit, unum illud eſſe tempus prædicat, quo maxime contendere conueniat. Galli niſi perfregerint munitiones, de omni ſalute deſperant. Romani ſi rem obtinuerint, finem laborum omnium expectant: maxime ad ſuperiores munitiones laboratur, quo Vergaſillaunum miſſum demonſtrauiſus. Exiguū loci ad decliuitatem faſtigium magnum habet momentum. Alij tela coniiciunt, alij teſtudine facta ſubeunt, deſatigatis inuicem integri ſuccedunt, agger ab uniuerſis in munitionem coniectus, & aſcenſum dat Gallis, & ea, quæ in terram occultauerant Romani contegit, nec iam arma noſtris, nec uires ſuppetunt. Iis rebus cognitis, Cæſar Labienum cum cohortibus ſex ſubſidio laborantibus mittit, & imperat ſi ſuſtinere nō poſſit, deductis cohortibus eruptione pugnet, id niſi neceſſario nō faciat. Ipſe adiit reliquos, cohortatur,

tatur,

etitur, ne labori succumbant, omnium superiorum dimi-
 cationum fructum in eo die, atq; hora docet consistere:
 interiores desperatis campestribus locis, propter magni-
 tudinem munitionum, loca prærupta ex ascensu tentant,
 huc ea, quæ parauerant, conferunt, multitudine telorum
 ex turribus propugnantes deturbant, aggere, & crati-
 bus aditus expediunt: falcibus uallum, ac lorica rescin-
 dunt. Cæsar mittit primo Brutum adolescentem cum co-
 hortibus sex, post cum alijs septem Fabium legatum,
 postremo ipse, cum uehementius pugnaretur, integros
 subsidio adducit, restituto prælio, ac repulsis hostibus eo,
 quo Labienum miserat. contendit: cohortes quatuor ex
 proximo castello educit, equitum se partem sequi, par-
 tem circumire exteriores munitiones, & ab tergo ho-
 stes adoriri iubet. Labienus postquam neq; aggeres, neq;
 fuisse uim hostium sustinere poterat, coactis una de qua-
 draginta cohortibus, quas ex proximis præsijs dedu-
 ctas fors obtulit, Cæsarem per nuntios facit certiorē, quid
 faciendum existimet: accelerat Cæsar, ut prælio intersit:
 eius aduentu ex colore uestitus cognito, quo insigni in
 prælijs uti consueuerat, turmis equitū, & cohortibus ui-
 sis, quas se sequi iusserat, ut de locis superioribus hæc de-
 diuia, & deuexa cernebatur, hostes committunt præliū,
 utrinq; clamore sublato, excipitur rursus ex uallo, atq;
 omnibus munitionibus clamor. Nostri emissis pilis, gla-
 dijs rē gerūt, repēte post tergū equitatus cernitur, cohortes
 alie appropinquant. Hostes terga uertunt, fugiētibus
 equites occurrunt, fit magna cædes. Sedulius Dux, &
 princeps Lemouicū occiditur. Vergasillaunus Aruernus
 captus.

Fuga Gallorū.

 Sedulij mors.
 Vergasillaunus
 captus.

uimius

Vercingetorigis
deditio.

uiuus in fuga comprehenditur: signa militaria septuaginta quatuor ad Caesarem referuntur: pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt. Conspicati ex oppido caedem, et fugam suorum, desperata salute, copias a munitionibus reducant: fit protinus hac re audita ex castris Gallorum fuga, quod nisi crebris subsidijs, ac totius dici labore milites fuissent defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent: de media nocte missus equitatus nouissimum agmen consequitur, magnus numerus capitur, atque interficitur, reliqui ex fuga in ciuitates discedunt. Postero die Vercingetorigis concilio conuocato, id se bellum suscepisse non suarum necessitatum, sed communis libertatis causa demonstrat, et quoniam sit fortunae cedendum, ad utranque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere, seu uiuum tradere uelint. Mittuntur de his rebus ad Caesarem legati, iubet arma tradi, principes produci: ipse in munitione pro castris confedit, eò Duces producantur. Vercingetorigis deditur, arma proiciuntur: reseruatis Heduis, atque Aruernis, si per eos ciuitates recuperare posset, ex reliquis captiuis toto exercitui capita singula praedae nomine distribuit. His rebus confectis in Heduos proficiscitur, ciuitatem recipit: eò legati ab Aruernis missi, quae imperaret, se facturos pollicentur: imperat magnū numerū obsidum, legiones in hyberna mittit, captiuorum circiter uiginti millia Heduis Aruernisque reddit. T. Labienum cum duabus legionibus, et equitatu in Sequanos proficisci iubet. Huic M. Sempronium Rusticum attribuit. C. Fabium et L. Minutium Basilium cum duabus legionibus in Rhemis collocat, ne quā à finitimis Bellouacis

Bellouacis calamitatem accipiant. C. Antistium Reginum in Ambibaretos, T. Sextium in Bituriges, C. Caninium Rebilum in Ruthenos cum singulis legionibus mittit. Q. Tullium Ciceronē & P. Sulpitiū Cabilonni, & Matiscōnē in Heduis ad Ararim rei frumētariæ causa collocat: ipse Bibracte hyemare constituit. Huius anni rebus cognitis, Romæ dierum uiginti supplicatio indicitur.

A. HIRCII DERELLI
CTORVM DE BELLO
GALLICO LIB.
OCTAVVS.



O ACTVS Assiduis tuis uocibus Babæ, cum quotidiana mea recusatio, non difficultatis excusationē, sed inertie uideretur deprecationē habere, difficillimam rem suscepi, Cæsaris nostri commentarios rerum gestarum Gallie non comparandos superioribus, atq; insequentibus eius scriptis, contexui: nouissimeq; imperfecta ab rebus gestis Alexandria confeci, usq; ad exitum, nō quidem ciuilis dissensionis, cuius finem nullum uidemus, sed uitæ Cæsaris, quos utinā qui legēt, scire possint, quam inuitus susceperim scribendos, quō scilicet caream stultitiæ, atq; arrogantie crimine, qui me medium interposuerim Cæsaris scriptis. Constat enim inter omnes, nihil tam operose ab alijs esse perfectum, quod non horum elegantia commentariorum superetur: qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum gestarum scri-

o ptoribus